Zu der

am 17ten, 18ten und 19ten März 1856

stattfindenden

Prüfung der Schüler

des

Königlichen Friedrichs-Gymnasiums

ladet hierdurch

alle Beschützer, Gönner und Freunde des Schulwesens und dieser Anstalt

ehrerbietigst und ergebenst ein:

Dr. Friedrich Wimmer,
Director.

Vorangeht:

Ad Homeri Odysseae aliquot locos annotationes

adiecit Augustus Theophilus Lange, phil. Dr. reg. que Professor.

Breslau,
Druck von C. H. Storch und Comp.

Ad

Homeri Odysseae aliquot locos annotationes

adiecit

Augustus Theophilus Lange,

phil. Dr. reg. que Professor.

A'.

V. 1. *Μοῦσα.* Ab epicis poetis, quo melius rerum molem memoria comprehenderent et certiora memorarent, Musae auxilium implorari moris fuit *). Similiter init. Iliad., ubi cf. Wolf's Vorlesungen etc. ed. Usteri, et Virg. Aen. I, 8. Neque hymnorum, qui epicorum carminum formam referentes tamquam medii inter haec et lyricum genus sunt, auctores tali invocatione abstinuerunt, ut in hymn. in Mercurium, Venerem, Matrem deorum, Jovis pueros, Pana, aliis. Hinc eam ad lyricos, cum non tam sensus suos exprimerent quam sententiarum vim aut eorum, quae ipsi vidissent, aut fabularis vel eius aetatis, quam memoria complectimur, exemplorum gravitate confirmari vellent, translatam diuturno usu paullatim eo descendisse facile patet, ut pristina eius vis plane evanesceret. Atque prioris generis luculentum suppeditat exemplum Horat. Carmin III, 4, alterum cernitur in Alcman. fragm. Antholog. lyr. ed. Mehlhorn p. 43 *Μῶσ' ἄγε Καλλιόπα κ. τ. λ,* et in Stesichor. fragm. *Δεῦρ' ἄγε Καλλιόπεια λίγεια.* Musae nomine supra omisso, quia Od. ω', 60 novem esse Musae perhibentur, facile adducimur, ut, cui earum hae partes demandatae essent, tum non ambiguum fuisse credamus.

V. 4 *ἔπερσεν.* Quod laudis genus eximium habetur, eius etiamsi complures participes sunt, id cum quis praesertim poeta primarias agenti ita impertit, ut solus eo florere videatur: in re aperta et omnium sermonibus celebrata nemo non videt

---

*) Cf. Nitzsch ad. Od. ϑ', vs. 488 et 499.

non id quaesitum esse posse, ut a veritate deflectens merita laude socios orbaret, sed illius, quo caetera referuntur omnia, etiam clarius virtus eniteret. Male igitur Eustath. et Schol., ut laude illa Ulixem unum afficiant, Odyss. χ′ v. 230 afferunt, ubi Minerva eum non Troiae ipsius viribus dirutae, sed ipsius consilio captae meminisse iubet. Nec magis esse, quod l. c. Faesius Eustathium secutus Ulixem Troia excisa cognomen πτολιπόρ θου sibi invenisse dicat, imo huic aeque atque Achilli id iam ante impositum esse ex Il. β′, v. 278 et ϑ′, v. 372 apparet.

V. 18 οὐδ᾽ ἔνθα. Quam Nitzschius Schol. Venet. ad Il. π′, v. 46 et Schaeferum ad Pors. Euripid. pag. 566 secutus proposuit sententiam, quae verba οὐδ᾽ — φίλοισι uncis includenda et ἔνθα ad Ἰθάκην referendum censet, eam etsi in Addend. et Emendand. non diserte improbavit, tamen quod nescio a quo monitum dicit, ita si statuatur, laborum, quos Ulysses Calypsus insula relicta pertulerit, ultimos tantum significari, utram ipse sententiam potiorem ducat, in medio relinquitur. Nec magis idem ad se Faesium perduxit, qui parenthesi reiecta et puncto inferiori post φίλοισι posito ab οὐδέ apodosis initium vult fieri; quo facto sua sponte ἔνθα vim temporalem induit. Qua tamen ratione cum nihil novi inferatur nec quod non e superioribus satis superque appareat, Ulyssem etiam tum procul a patria retentum cum adversa fortuna conflictari: mirum quantum languoris et lentitudo plane intolerabilis orationi modo inceptae conciliatur. Quodsi Nitzschio adstipulamur poetam prooemio id agere probanti, ut Ulyssem sociis amissis et nymphae insidiis ad errorum finem admoveri coeptum exhibeat: partium, in quas eius fortuna quodammodo dipescitur, altera ne rerum ambitu et pondere priori inferior videatur aut in simili laborum genere versanti audientium delectatio et studium desit, non melius praeparari et via ei muniri potest, quam si rei, cui mirifica quaedam animum movendi et ad se trahendi vis inest, mentio iniicitur. Nec vero quicquam magis contra omnium opinionem dici potuit quam Ulyssem ne tum quidem cum patria tandem repetita inter suos commoraretur aerumnis levatum fuisse. Itaque in illa Nitzschii sententia pag. 6 acquiesco, nisi quod particulae καί ante μετά vim intendendi subiiciendam atque eam non cum participio πεφυγμένος, quia Ulysses ad Ithacam appulsus cum suis congressus est, sed cum οὐδ᾽ ἔνθα coniungendam censeo: ne ibi quidem etsi inter suos versans etc. Similem huius particulae usum repraesentant Hom. Il. ϱ′, v. 104 ἐπιμνησαίμεθα χάρμης καὶ πρὸς δαίμονά περ et υ′, v. 367. Quod enim Hermannus ad Viger. ed. nov. p. 835 dicit καί ista potestate impertitum participiis vel adiectivis iungi, id latius patet. Praeterea sententiae meae non mediocre pondus affert vox ἄεθλος, cuius quae propria est signifi-

catio, quid ea huic loco magis convenire dixeris? Cui enim fatale fuit in longo errorum cursu mala ex malis ferre et perpeti, eum, qua semper excelluit animi magnitudine, de ea ne quid deminutum et detractum esse videretur, erroribus finitis poeta agentem, certamina conserentem aptissime finxit.

Vs. 23 et 24 quod afferunt de Aethiopibus locorum, quae incolunt, situ in duas partes divisis, id eam legentibus molestiam exhibet, ut, utros eorum Neptunus adierit, nesciant. Quae res cum iam Scholiast. apud Eustath., qui ne talia quidem incomperta esse vellent, suspensos habuisset, deus inde per Solymorum montes revectus (Od. ε′, v. 283) ut eius nodum prorsus expedivisse iis visus est *), ita Nitzschio, quia verbis *διχϑὰ δεδαίαται — οἳ μὲν δυσ῾ Υπερ, οἳ δ᾽ ἀν.* fultus Aethiopes in ipsa australi regione collocaverat, ne a se descisceret, poetam a nostra ratione recedentem de locis orienti soli aliquanto propioribus cogitasse persuasit. Illa tamen verba quia nihil habent, unde obeuntis et orientis solis confinia elicias i. e. summum locum, quo sol simul ascendit, descendere incipit, sed illius regionum spatii, quod sol decurirt, quaslibet partes complectuntur, id quod post Thiersch. in gr. gr. § 254 d et ipse Nitzschius probat: una cum illa huius opinione tollitur necessitas statuendi Aethiopes nimia vi caloris in meridie prohiberi, quominus sedes teneant continuas. Caeterum Nitzschius, quam vs. 23 et 24 interpretationem dedit, ei tantum tribuit, ut caussa non addita p. 9 ad simpliciorem illam redeundum esse putaret. Quodsi quid, quo Aethiopes disiuncti tenerentur, poetae obversatum esse idem non male dicit, Od. δ′, vs. 83 et 84 eo sententiam meam inclinant, ut Aegypto eos diremtos fuisse existimaverit. Nam versui 83 cum proximus ita videatur adiectus esse, ut, quae illo totius itineris summa proponitur, eius tanquam complementum contineat, nominum ordine non modo nihil est quare offendamur, sed etiam Aethiopibus post Aegyptios illatis et his Sidoniisque interpositis ad eam cogitationem facile deducimur, ut poetae eos ab utraque Aegypti parte incoluisse videri arbitremur. — Quod Nitzschius (annot. ad Od. δ′, v. 83) a Dissenio se doctum dicit per immodicos calores fieri non posse, ut in plaga australi habitetur, eius nescio an Schol. apud Eust. ansam dederit, qui Aethiopes propterea ultimos hominum vult vocatos,

---

*) *῞Οτι δοκεῖ τισὶν ὁ ἐνταῦϑα ῾Ομηρικὸς Ποσειδῶν πρὸς τοὺς ἀνατολικωτέρους Αἰϑίοπας ἀπελϑεῖν, διὰ τὸ λέγειν ἐν τοῖς ἑξῆς τὸν ποιητὴν ὅτι ὁ Ποσειδῶν πλέοντα τὸν ᾽Οδυσσέα εἶδεν ἐκ Σολύμων ὀρέων, ἅπερ εἰσὶν ἐκεῖ ἀνατολικώτερα.* **Eustath.**

quia eorum sedes ad loca sole perusta pertineant*). Usterium l. c. p. 151 extr. quamquam Nitzschii testimonio usum, qua hic ratione ductus illum populum ab austro removit, eadem mirum est impulsum esse, ut eum in orientem et occidentem transferret.

V. 50 *νῆσος δενδρήεσσα* non cum Matth. in gr. gr. § 432. 5 in appositionibus numeraverim, quia cui voci accuratius definiendae haec inservire cogitanda est, eam et interiecta sententia et casuum, in quibus positae sunt, differentia cum illa arcte coniungi non patitur. Imo vero qui est Homeri mos sententias sententiis addendo, tamquam pari omnes vi praeditae sint, (Il. *α′*, v. 5 *Διὸς δ′ ἐτελείετο βουλή* et v. 10 *ὀλέκοντο δὲ λαοί*) orationem contexere, *νῆς δενδρ.* enunciati instar habere censuerim: quam opinionem et locus, quam verba illa obtinent, non mediocriter adiuvat**). Idem sententias struendi modus cernitur in Od. *δ′*, v. 606 et Il. *κ′*, v. 437, quorum omnium hoc est proprium, quod quae rerum descriptio praecedente versu fieri coepta est, ea proximo adiecto non solum uberior et plenior redditur, sed etiam ad exitum perducitur. Atque ne nobis a quo occurratur quaerente, qui factum sit, ut ibi nominativo soli locus esset, hic casus cum reliquarum enunciati partium vim nullius subeat et ea sit natura, ut rei definiendae initium ab eo oriatur, unus omnium aptus apparet, qui, si quid quocunque alio casu in orationem illatum nominibus non eodem casu distinctis enodatius exponendum est i. e. ita, ut quae sententiae primariae amplificandae inserviunt, his cum ea syntacticus nexus non intercedat, rem institutam persequendi partes sustineat. Cui casui verbum *εἶναι* cogitatione esse addendum ut non ubique quae praecedunt diserte moneant, tamen integro animo legenti sponte patebit.

Neque in Il. *ζ′* v. 396 *Ἠετίων* cum Matth. l. c. ibid. appositionis vices sustinere videbitur reputanti eo nihil addi, quo nomen praecedens disertius exponatur, nec casus inter se convenire. Quam casuum discrepantiam qui articuli subiunctivi casu effectam esse volunt, Homero orationis simplicitatis mire studioso vereor ne artificiosius dicendi genus cultiori aetati adamatum iusto saepius obtrudant. Itaque

---

*) *Διὰ ταῦτα τοίνυν τὸ ἔσχατοι ἀνδρῶν τριχῶς νοεῖται ἢ διότι παρωκεανίται κατὰ μεσημβρίαν εἰσὶν οἱ Αἰθίοπες, ὧν ἀοίκητος ἡ ἐπέκεινα διὰ καύματος ὑπερβολὴν κ. τ. λ.*

**) Baumgartea — Crusius colo post *θαλλάσσης*, posito mecum facere putandus est. Tamen Il. *β′*, v. 354, quem ex Eust. affert, integri enunciati vim non habet; et nominativi usus ut ampliore eorum, quae interiecta sunt, ambitu satis excusatur, ita simul hoc efficit, ut orationi quasi nova cum vi surgenti plus vigoris accedat.

poetaab Ἠετίων, ὅς integri enunciati initium, non partem priori vi inferiorem fieri voluisse existimandus est. Quo tamen de genere tum nihildum certi constitutum nec legem, quae nunquam non observaretur, scriptam esse documento est Il. η', v. 138, structurae ad rationem postea vulgarem directae exemplum. At eadem substantiva in diversis casibus posita non appositionis loco haberi, sed alterum sua vi stans et a priori distinctum cogitari Homerum voluisse etiam inde patet, quod, ubi sententia ad finem nondum pervenit, ibi etiamsi proximi pronominis relativi casum substantivum facillime induere poterat, id non pronomini, sed praemisso substantivo accommodatum videmus, ut Od. α', v. 22—25 ἀλλ' ὁ μὲν Αἰθίοπας μετεκίαθε —, Αἰθίοπας, τοί — — —, ἀντιόων κ. τ. λ.*). Praeterea animadvertas velim, quantumvis Homeri ingenium orationis variandae caussa sibi indulserit, hoc constanter observatum esse, ut ab istis palillogiis versus inciperet; etenim ne quid audientibus taedii exhiberent et plane otiosae esse viderentur, nisi modica canendi intercapedine facta uti iis non licuit, cf. Il. β', vs. 671, 838, 871. ζ', v. 154. μ', v. 96. χ', v. 128. ψ' v. 642.

Ad hanc grammaticae Homericae partem delatum difficile est his se finibus continere et ea relinquere intacta, quae finitima ei sunt et quo quis ipso rei cursu deducitur. Od ϑ', v. 74 οἴμης τῆς τότ' ἄρα κλέος οὐρανὸν εὐρὺν ἵκανεν et Il σ', v. 192 ἄλλου δ' οὔ τευ οἶδα τεῦ ἂν κλυτὰ τεύχεα δύω, quos Matth. l. c. § 474 in attractionis exemplis ducendos censuit, ad eius sententiam tuendam non satis possunt. Ac de priori quidem loco cum eo Nitzschius consentit, qui Il. κ', v. 416 et π', v. 56 et hymn. ad Demet. v. 66 illi conferendos esse iure negat, eius eandem atque Od. α', v. 51, Il. ζ', v. 396, Pindar Nem. 6, 54 (35) esse rationem non satis comprobavit. Etsi enim omnes loci hoc inter se commune habent, quod rei in orationem illatae descriptio accuratior subiicitur, tamen in duobus illis Homericis ei praemissa substantiva accesserunt, in Od ϑ', v. 74 pariter atque apud Pindarum

*) Qui similitudinis aliorum locorum specie allecti Αἰθίοπες scribi volunt, neque pronomen relativum ista forma indutum in his carminibus ullam vim ad praecedens substantivum exercere neque, ubi oratio ad nominativum deflexerit, ibi quicquam subiectum esse, quod, ut hoc loco ἀντιόων, ad primariam sententiam respiciat, non satis cogitant; a qua divulsum participium quis tandem ferat? Sic enim nominativus (Αἰθίοπες) introductus sermonis contextum non interrumpit, sed abrumpit, ut praegressa cum sequentibus in unam verborum compagem animo connecti nequeant. Contra accusativo servato, quae ad principalem sententiam explendam pertineant, ea esse accessura exspectatio si non movetur, at certe non praeciditur. De hoc dicendi genere infra fusius explicabitur.

aliud nomen irrepsit; cuius similitudini ne quis genitivum *οἴμης* obstare putet, eius usum ita tuetur, ut illud, quod a Vossio dictum est, pronomini relativo a *τ* incipienti ut secernendi potestate praedito nomen ex eo aptum praemitti non licere, valde ei assensus, cum aliter genitivum explicari posse neget, pronomini *τῆς* paene mere demonstrativam vim attributam et *οἴμης* ei accommodatum velit. Quae tota ratio ideo vacillat, quia non tantum Homeri loquendi usus ad Pindaricum directus, sed etiam illum nulla re coactum a significatione pronominis ubique obvia recessisse vix credibile est et id, in quo rei cardo vertitur atque oratio tanquam acquiescit, praegressis annunciatum et praeparatum proximo demum versu adiungitur. — Eustathius *οἴμης* aut cum *κλέα ἀνδρῶν* aut cum *ἀειδέμεναι* (sc. *ἀπὸ οἴμης ἐκείνης*) coniungendum esse docens viam aperuit Faesio, qui *οἴμης* totum carmen significare recte vidit, ex praecedentibus pendere minus accurate dixit; illud enim quo spectare velit, cum non appareat, equidem non video, qui genitivi ratio commode expediatur. Nihil obstat, quominus orationem sic comparatam putemus, ut *σχήματι ἀπὸ κοινοῦ* locus sit; nam *οἴμης* et cum *κλέα ἀνδρῶν* et cum *νεῖκος* ut notio generalis cum specialibus facillime societatem init. Hinc simul intelligitur *οἴμης*, si a genitivo discedere volueris, appositionem, quam dicunt, esse non posse nec ita usurpatum, ut, quo maxime attentionem poeta trahi velit, ab eo orationis cursu retardato animus avertatur et detorqueatur. Comma igitur, quo vulgo post *ἀνδρῶν* inciditur, delendum est.

In altero loco ne quis *ἄλλου τευ* sequenti *τεῦ* deberi putet, si verbum *οἶδα* his vocibus interpositum impedimento esse nolis, tamen restat, ut, cum non ita raro genitivus pro accusativo post *εἰδέναι* inferatur (Il. *μ'*, v. **229** *εἰδείη τεράων* et *ο'*, v. **411** *εὖ εἰδῇ σοφίης*) aut hoc struendi genus scriptor secutus sit, aut, id si minus probandum videatur, quia circa arma oratio omnis vertitur, haec notio ut potior et suo pondere gravior eius animo obversata coniunctioni duarum locutionum, cuius apud Homerum haud infrequens usus est, ortum dederit; quo ut confugiam, quae agmen claudunt *εἰ μὴ Αἴαντός γε σάκος Τελαμωνιάδαο*, me vehementer monent, ne dicam, cogunt. Versum igitur conflatum ex his membris cogitare licet: *ἄλλου δ' οὔ τευ οἶδα κλυτὰ τεύχεα, τὰ ἂν δύω* et *ἄλλου* (*ἄλλου*) — — *οἶδα, τεῦ ἄν— τεύχεα δύω.*

Superest, ut eorum locorum recensio fiat, in quibus praeterea substantivum postpositi pronominis relativi vim videtur expertum esse*) Il. *ξ'*, v. **75** sq. *νῆες ὅσαι*

---

*) In Il. *σ'*, vs. 444 sq. *κούρην ἣν ἄρα οἱ γέρας ἔξελον υἷες Ἀχαιῶν, τὴν* — — *ἕλετο κρείων* — etsi utriusque enunciati verbo accusativum postulante primo obtutu difficilius videtur, diiudicare, utrum de

πρῶται εἰρύαται ἄγχι θαλάσσης, ἕλκωμεν et v. 371 sq. ἀσπίδες ὅσσαι ἄρισται ἐνὶ στρατῷ ἠδὲ μέγισται, ἑσσάμενοι et κ′, v. 416 sq. φυλακὰς δ' ἃς εἴρεαι, ἥρως, οὔτις κεκριμένη ῥύεται a ζ′ v. 396 differunt quidem eo, quod verba ad substantiva referenda eaque enunciationi relativae subiecta habent, tamen nomina non verbis, sed pronomini accommodata nullam eius similitudinem efficiunt. Neque enim continuatur descriptio, quae ne aequabili et ad amussim directo cursu procedens longuorem pariat, casuum mutationem fieri necesse est. Quum igitur bis nominativus nominativum, semel accusativus accusativum excipiat, hoc non negligenter, sed bono consilio factum videtur.

Sic illud attractionis genus, quod inversi nomine vulgo non male nuncupatur, posteaquam iis, intra quos apud Homerum ei iure locus relinquitur, finibus circumscriptum est, a parvo quidem et admodum tenui initio id profectum videmus, tamen propter illam, quae in eo inest, vim posterioris aetatis scriptoribus perquam idoneum videri potuit, cuius campus late extenderetur.

Neque inconsiderate et temere substantiva nunc praemitti nunc postponi pronomini credendum est. Manifesto enim si prius auditur res, propter quam reliqua proposita sunt, quam qualis sit aut quid omnino ad eius commemorationem pertineat, totius sententiae vis ac pondus in eam ut seorsum cogitandam confertur *). Contra ubi non est, cur ulla notionum a caeteris distincta audientes teneat, in suo quamque loco positam videmus. Itaque in Od ξ′, v. 93 ὅσσαι γαρ νύκτες τε καὶ ἡμέραι ἐκ Διός εἰσιν, οὔ ποθ' ἓν κ. τ. λ. et Il. κ′, v. 418 ὅσσαι μὲν Τρώων πυρὸς ἐσχάραι, οἷσιν ἀνάγκη, οἳ δ' ἐγρηγόρθασι cum numeri ratio praevaleat pronomine expressi, sedes ei in principio non potuit non concedi.

Praeterea me sequere ad illud sententiarum genus perquirendum, in quo substantiva non, quod vulgaris opinio requirit, cum sententia primaria coniuncta, sed a verbo suo diremta in enunciationem relativam inserta sunt. Neque Faesio nec aliis huic verborum collocationi quicquam gravis et memoria dignae caussae

---

attractione cogitandum sit necne, tamen gravitas vocis κούρη in principio versus collocatae, in qua tanquam maiori obiecto reliqua oratio versatur, eam cum ἥν coniungere dissuadet; quae quo magis emergeret, articulo praepositivo eius notio in animum revocata est. Atque eadem hymni ad Demet. v. 66 κούρην τὴν ἔτεκον —, τῆς ἀδινὴν ὄπ' ἄκουσα ab hac disputatione excludendi est caussa, quae supra Pindari fuit.

*) In Il χ′, v. 121 κτῆσιν ὅσην πτολίεθρον — — ἐέργει vox κτῆσ. non minus ad πάντα δάσ., quae praecedunt, quam ad proxima inclinare et appositionis munere fungi putanda est.

subiiciendum videtur; nam altum fere hac de re silentium. Quin ille etiam eo procedit, ut in Od. α′, v. 70 verba ἀντίθεον Πολύφημον similiter ut ib. v. 51 νῆσος δενδρήεσσα posita esse censeat. Contra cave in hac attractione atque in ea, quam huic contrariam paulo ante adumbravimus, libidinem dominari aut metri ratione coactum poetam eo confugisse existimes.

Ac peculiaris haec ratio a locis videtur repetenda esse qualis est Il τ′, v. 326 ἠὲ τὸν, ὃς Σκύρῳ μοι ἔνι τρέφεται φίλος υἱός. Nihil enim magis Homericae dicendi simplicitati convenit, quam si notio, ubi sine ulla sententiae perturbatione ad duo verba referri potest, propiori accommodatur. Qua in re nihil artificiose quaesitum esse intelligitur ex Od. β′, v. 119 sq. παλαιῶν, τάων αἳ πάρος ἦσαν ἐυπλοκάμιδες Ἀχαιαί, Τυρώ τ᾽ Ἀλκμήνη τε ἐυστέφανός τε Μυκήνη. Si Ἀχαιαί ad τάων dirigi volueris, praeter incommodum, quod trium genitivorum concursu efficitur, nomina propria intercedente genitivo ab enunciatione rel. segregari quis tandem probet? — Pergamus ad alia his similia. Od. α′, v. 68 sq. Κύκλωπος κεχόλωται, ὃν ὀφθαλμοῦ ἀλάωσεν, ἀντίθεον Πολύφημον, ὅου κράτος ἔσκε μέγιστον —. Descriptioni per duo membra relat. continuatae interiectum nomen propr. iure priori annexum est; nam genitivus ut praeter necessitatem irae notionem iterum animo obiiceret, ita expositionem et cursus, quo oratio fertur, aequabilitatem misere interrumperet. Horum incommodorum posterius haberet reditus ad accusativum in Od. λ′, v. 122 sp. εἰς ὅ κε τοὺς ἀφίκηαι, οἳ οὐκ ἴσασιν θάλασσαν ἀνέρες οὐδέ — — ἔδουσιν. Etiam in Il. γ′, v. 121 sq. εἰδομένη γαλόῳ, Ἀντην. δάμαρτι, τὴν Ἀντην. εἶχε — — Λαοδίκην, — — ἀρίστην si voces Λαοδ. et ἀρίστην praecedenti δάμαρτι convenientes feceris, eodem casu per quatuor membra vi paria servato nonne de loci gratia et suavitate mirum quantum detrahetur? Nam omnibus in rebus similitudo est satietatis mater (Cic. de Invent. I, 41, 76).

Proxime ab his absunt illa enunciata, quae ad ampliorem ambitum extensa nomen proprium appositionis instar verbi primarii obiecto additum ab eo satis magno intervallo disiungunt, ita ut reditum ad illud nemo exspectet, nedum exoptet. Eiusmodi est Il. η′, v. 186 sq. ἀλλ᾽ ὅτε δὴ τὸν ἵκανε φέρων ἀν᾽ ὅμιλον ἁπάντη, ὅς μιν— — βάλε φαίδιμος Αἴας.

Hanc collocationem ad oratoriam vim exercendam adhiberi et sententia una regi potuisse brevi explicatione planum facere conabimur. Ac primum substantivo pronomini arctius iuncto hoc quaeritur, ut verbi enunciati relativi vis intendatur neve ipsum casu et fortuito adhibitum, sed necessarium primarii com-

plementum esse videatur; quod si abest, ne huic quidem ullus locus relinquitur. Il. ι΄, v. 131 sq. τὰς μέν οἱ δώσω, μετὰ δ' ἔσσεται ἣν τότ' ἀπηύρων κούρην Βρισῆος. Attende gradationem, qua oratio procedit; postremis verbis ea summum ascendit Agamemno enim quas forma praestantes sibi elegerit puellas se Achilli daturum esse pollicetur; his ne Briseidem confunderet, sed separatim commemoraret, ideo tantum factum est, quia, quanto plus praeter illas ei tribueret, maxime insignire volebat. Quod num melius assequi potuit quam se ipsam illam Brisei filiam a se tum ei ereptam redditurum promittens? quippe olim Achillis iram subire quam huius possessione carere maluerat. Concidet igitur sententiae virtus, nisi ἀπηύρων et κούρην Βρ. arctius inter se copulaveris. — Contra in Il. γ΄, v. 351 sq. Ζεῦ ἄνα, δὸς τίσασθαι, ὅ με πρότερος κάκ' ἔοργεν, δῖον Ἀλέξανδρον nisi acceptis ab Alexandro iniuriis cum Menelaum ab Jove precari fas non sit, ut ultionis ex illo exigendae copiam sibi faciat, et relativa enunciati parte sublata ad sententiae integritatem nemo quicquam requirat, nomen proprium ad primarium verbum, cuius maior esset vis, non potuit non revocari*). Neque in Od. ξ΄, v. 174 νῦν αὖ παιδὸς ἄλαστον ὀδύρομαι, ὃν τέκ' Ὀδυσσεύς, Τηλεμάχου cum verbis ὃν τέκ' Ὀδ. a more illo vel notissimas res identidem in memoriam revocandi profectis facile careamus, inepte ad genitivum oratio sese retulit.

V. 89 μᾶλλον ἐποτρύνω — Telemachus, cui per aetatem quicquam audere non licuerat, quidquid proci vellent, id fieri diu passus paullatim spiritum quendam, quo et iniuriarum acceptarum iram et rerum suarum potentis speciem prae se ferret, sibi sumere coepisse putandus est; qui ne frustra susceptus sit, illius animum augere et ad agendum incitare, aucto libere loquendi audaciam addere deae in animo est. Aliter Nitzsch.

V. 327. Apud Homerum ut nihil usquam reperiatur, unde quis Aiacem Minervae iram sibi conflavisse suspicetur, negligenter consultone factum sit, non male quaeri licet. Atque cum, ut ira illa eius mentem perturbans gravissimum habuit exitum, ita eius caussa iam per se gravissima legentibus non possit non videri: poetam aut rem atrociorem ratum, quam quae numine divino non laeso aperiri quiret, aut referre veritum, quod principi viro aetate sibi propiori esset

---

*) At si hominem ab homine poeta petentem fecerit, ut in iniuriis, quarum illum caussam non esse nunc primum aperitur, persequendis opem sibi ferat, enunciato relativo cum maior vis accedat nomen eius, in quem iniuriae illatae poenae expetendae sunt, apte accommodabitur.

dedecori, reticuisse autumaverim. Caeterum poeta, quem (Od. δ′, v. 502 sqq.) per Neptunum intereuntem facit, eundem deae irae succubuisse (γ′, v. 134 sq.) dicens sibi non repugnat. Aiax enim deo magniloquentia offenso tempestate laborans deam non adiutricem, sed eius animum a se aversum et alienum habuit.

V. 424. In Ulyssis domo procos non pernoctare mirum non est. Nam Il ζ′, v. 243 sqq. non plures in domibus fuisse thalamos docemur quam ad familiarum usum necessarii esse viderentur; his ut pro domus amplitudine et dignitate unus aut duo accederent, in quos hospites reciperentur, mos ab antiquis traditus requirebat.

Haec iam typis exscribi coepta erant, cum Dr. Julii Caesaris commentariorum, quos Zeitschrift für die Alterthumswissenschaft inscripsit, anni XIII fasciculus V (in publicum prodiit d. VII Januar. 1856) ad me perlatus est; in quo quae inest commentatio, qua Faesius Ameisii censuram Odysseae a se iterum editae disquisitioni subiecit, eius rationem habere non magis mihi licuit, quam illam censuram Jahnii novis commentariis (70, 3. p. 223—271) insertam et Bergki commentatt. crit. spec. V nancisci adhuc contigit.

Schul-Nachrichten.

I. Allgemeine Lehrverfassung.

Uebersicht des in dem Schuljahre 18$^{55}/_{56}$ ertheilten Unterrichts.

Sprachen.

Deutsche Sprache.

Prima. 3 St. Uebersicht der deutschen Literatur von Anfang bis zur zweiten schlesischen Dichterschule, 1 St. Anleitung zum Verständniss deutscher Dichter und Prosaiker, 1 St. Correctur der deutschen Aufsätze, 1 St. Anderssen. Es wurden folgende Themata bearbeitet: 1. Euch, ihr Götter, gehöret der Kaufmann: Güter zu suchen, geht er, doch an sein Schiff knüpfet das Gute sich an. 2. Führt Selbstbetrachtung zur Selbsterkenntniss oder giebt uns erst das Leben den richtigen Maasstab unseres Werthes? 3. Rechtfertigung des Lobes, welches Horaz in der zweiten Epistel des ersten Buches dem Sänger des trojanischen Krieges ertheilt. 4. Entwickelung der Hauptgedanken in Lessings Kritik Richard's III. von Felix Weisse. 5. Entwickelung der Hauptzüge des Römischen Volkscharacters mit Belegen aus der Geschichte. 6. Welcher Antheil ist den öffentlichen Spielen der Griechen an dem Aufschwunge dieser Nation zuzuschreiben. 7. Ueber die von Lessing an eine dramatische Dichtung gestellten Anforderungen. 8. Deutung der Götheschen Ballade, der Zauberlehrling, und Anwendung ihres Sinnes auf das Leben und die Geschichte.

Secunda. 2 St. Erläuterung der Hauptsätze der Poëtik an klassischen Dichterwerken (Wallensteins Tod), Correctur der deutschen Aufsätze und freie Vorträge. Grünhagen.

Tertia. 3 St. Erklärung ausgewählter Schillerscher Gedichte, 1 St. Uebungen im Disponiren und Aufsätzen, 1 St. Extemporalia, 1 St. Im Sommer Grünhagen, im Winter Ladrasch.

3

Quarta. 2 St. Lectüre und Erklärung von Gedichten aus Kehreins deutschem Lesebuche, untere Stufe, nebst Uebungen im mündlichen Vortrage aus demselben. Aufsätze und Extemporalia. Im Sommer Hirsch, im Winter Ladrasch. — 2 St. Geschäftsaufsätze in der Realklasse. Ladrasch.

Quinta. 4 St. Leseübungen und mündliche Wiederholung des Gelesenen aus Auras und Gnerlichs Lesebuche, 1 St. Orthographische Uebungen, 1 St. Ladrasch, — 1 St. Uebungen im Vortrage memorirter Gedichte, 1 St. Correctur der häuslichen Ausarbeitungen und Extemporalia. Geisler.

Sexta. 4 St. 1 St. orthographische Uebungen. 3 St. Vorlesen, Erklären, Wiedererzählen und Declamiren geeigneter Stücke aus Auras und Gnerlichs Lesebuche. Erläuterung der Satzlehre an Beispielen. Correctur der häuslichen Arbeiten und Extemporalia. Hirsch.

Lateinische Sprache.

Prima. 8 St. Taciti Annales II, c. 41 — III. 64. 1 St. Cicero de Offic. I, 32—II, 10, woraus einige Abschnittte memorirt wurden. 1 St. Correctur der wöchentlichen Uebersetzungen. 1 St. Uebersetzen aus Heinichen's Uebungsbuch verbunden mit Wiederholung der Grammatik und Correctur der monatlichen freien Aufsätze. — 1 St. Extemporalia. 2 St. (im Winter 3 St.) Horat. Serm. I, 7; II, 1, 2, 4, 6. Carm. III; einige Oden wurden memorirt. Geisler.

Es wurden folgende Themata bearbeitet:

1. Num eorum sententia probanda sit, qui Graecos non patriam communem sed singulos provinciam suam amavisse dicunt? 2. und 3. Orationes, qua et Ulixes Achilli, ut in gratiam cum Agamemnone redeat, persuasurus est et Achilles rediturum se cum eo in gratiam negat, libere expressae latine (Hom. Il. IX, v. 225—429). 4. De solatiis, quae S. Sulpicius in epistola sua Ciceronis de morte filiae dolori attulit, quid iudicandum sit? 5. Rerum a Germanico gestarum brevis enarratio. (Tacit. Ann. I, II.) 6. Qui factum sit ut C. Octavianus Augustus Romanorum animos tandem sibi conciliarit? 7. De primi belli Mithridatici caussis et eventu. 8. Patrum et plebis certaminum assiduitas quam vim ad res Romanorum habuerit? 9. De diversis hominum studiis felicitatis consequendae.

Secunda. 8 St. 2 St. Virgilii Aeneas IV u. V, 1—90. Wimmer. — 3 St. Livius XXIX und XXX. 1 St. Cicero Catilin. III, IV und Or. pro Archia, aus welchen Reden einzelne Capitel memorirt wurden. 1 St. Grammatik nach Zumpt, die Lehre von den Casus im Sommer, von den Tempora und Modi im Winter; Correctur der Uebersetzungsübungen aus Seyffert's Uebungsbuch. 1 St. Extemporalia mit Berücksichtigung der Privatlectüre (Livius XXV, 27 — XXVI, 24). — Privatim wurden einzelne Schüler veranlasst zur Zusammenstellung einiger Partieen des Livius, zum Sammeln von Beispielen für grammatische Regeln, oder einen Abschnitt aus den Antiquitäten, auch zum Anfertigen von Plänen und Charten. Geisler.

Tertia. 8 St. Caesar bell. Gall. IV, 23 und V. 1 St. Grammatik nach Putsche, die Lehre von den Tempora und Modi, und Wiederholung der Casus-Lehre. 1 St. Theils

mündliche theils schriftliche Uebersetzungen aus Hottenrott's Uebungsbuche für Tertia. 1 St. Extemporalia. Wimmer. — 2 St. Ovid Metamorph. ausgewählte Stücke aus dem zehnten und elften Buche. Im Sommer Wimmer, im Winter Ladrasch.

Quarta. 8 St. 4 St. Cornel. Nep. Epaminondas, Pelopidas, Agesilaus, Eumenes, Phocion, Timoleon, Hamilcar, woraus einzelne Capitel memorirt wurden. 2 St. Grammatik nach Putsche, die Syntax der Casus und die Hauptsätze vom Gebrauche des Infinitivus und Participium. 1 St. Wiederholung der Formenlehre und Uebersetzung aus Hottenrotts Uebungsbuche für Quarta. 1 St. Extemporalia. Lange.

Quinta. 8 St. 3 St. Uebersetzung aus Blumes Lehrcursus der lateinischen Sprache, Curs. I, Abschn. 2. Curs. II, Abschn. 3 und Abschn. 4, 1—40. 2 St. Grammatik nach Putsche: Wiederholung der regelmässigen und Einübung der unregelmässigen Formen. Extemporalia zur Anwendung der Elementar-Syntax. 1 St. Correctur der wöchentlichen Exercitia. Geisler. — 2 St. Uebersetzung aus Blume's Lehrcursus, deutschem Theile, Geisler, vertreten durch Cand. Adler.

Sexta. 8 St. 2 St. Formenlehre nach Putsche's Grammatik bis zu den Verba defectiva. Vocabellernen aus Blume's Vorübungen. Correctur der wöchentlichen Exercitia und vierzehntägigen Extemporalia. 3 St. Uebersetzen aus Blume's Lehrcursus, Lat. Theil, I. Abschn. 3 St. Uebersetzen aus dem deutschen Theile desselben. Hirsch.

Griechische Sprache.

Prima. 6 St. 3 St. Thucydides. Erstes Buch. 2 St. Homeri Ilias XX., XXI. und Anfang des XXII. 1 St. Extemporalia. Wimmer.

Secunda. 6 St. 2 St. Xenophon Cyrop. II, 2—IV, 3. 2 St. Homeri Odyssea XXIII, XXIV, I und II, woraus 250 Verse memorirt wurden. 2 St. Wiederholung der Formenlehre, Einübnng der wichtigsten Regeln der Syntax nach Krüger's Sprachlehre für Anfänger. Correctur der vierzehntägigen Exercitia und Extemporalia.

Tertia. 5 St. 2 St. Xenophon Anab. I, 8—II, 3. Im letzten Vierteljahre jedes Semesters Homer Odyss. IX, 1—80 und I, 1—100, welche grösstentheils memorirt wurden. 3 St. Grammatik nach Krüger's Sprachlehre f. A. Wiederholung der Formenlehre der Nomina und regelmässigen Verba und Einübung der Verba auf μι und der Verba anomala. 1 St. Extemporalia. Im Sommer Lange, im Winter Ladrasch.

Quarta. 5 St. Grammatik nach Krüger's Spr. f. A., Formenlehre bis zu den Verba liquida. Schriftliche Uebungen. Uebersetzung aus Jacobs Elementarbuch. Lange.

Französische Sprache.

Prima. 2 St. Grammatik nach Ploetz, Syntax der Verba, vom Subjonctif und Participe, vom Artikel und vom Pronomen, § 24—68, nebst Exercitien. Uebersetzung von Chateaubriand Itinéraire de Paris à Jérusalem in Menzel's Handbuche. — Bis August Biering, dann Freymond.

Secunda. 2 St. Grammatik nach Ploetz: Die unregelmässigen Verba, der Ge-

brauch der Hilfsverba, der Modi und Zeiten, nebst Exercitien und Extemporalia. Uebersetzung aus Hirzels Lesebuch. Bis August Biering, dann Freymond.

Tertia. 2 St. 1 St. Grammatik nach Ahn: Wiederholung der Formenlehre und Einübung der unregelmässigen Verba; Correctur der Exercitia. 1 St. Uebersetzen aus Hirzel's Lesebuch. Im Sommer Biering, im Winter Grünhagen.

Quarta. 2 St. Elemente der Formenlehre und Syntax nach Ahn's Grammatik und Einübung einfacher Formeln. Grünhagen.

Hebräische Sprache.

Erste Abtheilung. Mündliche und schriftliche Einübung der unregelmässigen Formen. Lectüre ausgewählter Stücke aus dem A. T. Magnus.

Zweite Abtheilung. Die regelmässige Formenlehre; Leseübungen aus Gesenius Lesebuch. Magnus.

Englische Sprache.

Erste Abtheilung. 2 St. Lectüre aus Biering's Lesebuch mit Erklärung und Einübung der Syntax. Im Sommer bis zum August Biering, von da an Whitelaw.

Zweite Abtheilung. Grammatik nach Williams, Einübung der Formenlehre. Leseübungen aus Biering's Lesebuch. Im Sommer bis zum August Biering, von da an Whitelaw.

Wissenschaften.

Religion.

Prima. 2 St. Im Sommer: Die Vorbereitung und Erziehung des Volkes Gottes im alten Bunde bis zu der Erscheinung des Messias. Im Winter: Von Christus, dem Gottmenschen und dem in ihm erschienenen Heile. Von der Aneignung des Heiles, von der Kirche und der Heilsvollendung. Tusche.

Secunda. 2 St. Im Sommer: Geschichte der christlichen Kirche bis zur Scholastik. Im Winter: Fortsetzung der Kirchengeschichte bis auf Zinzendorf. Memoriren von Kirchenliedern. Tusche.

Tertia und Quarta. 2 St. Im Sommer: Lesen und Erklären der Apostelgeschichte, aus welcher passende Abschnitte memorirt wurden. Im Winter: Entwickelung des Gottesreiches bis auf Christus durch Lesen und Erklären des Alten Testaments, wobei diejenigen Stellen, welche prophetisch das kommende Heil offenbaren, auswendig gelernt wurden. Das Leben des Herrn aus den Evangelien. Memorirt wurden siebzehn Kirchenlieder. Tusche.

Quinta. 2 St. Biblische Geschichte nach Zahn's Historien: die Geschichten des Neuen Testaments. Kirchenlieder aus der Sammlung von Anders und Stolzenburg wurden memorirt. Das erste und zweite Hauptstück des Catechismus, Geisler.

